1532. 29. 30 Maii

Sigismundus Primus
Rex Poloniae
Civitatibus Cassoviae Leuczevicae Bardi:
Epperias Cimbio

125

Famati grati Nobis dilecti

Reddita sunt Nobis litera Vestrae quibus audaciam et nephas a Caspare Sbevedi erga Nos admissa ab invecetia Vestra ea ratione depellitis quod neque illius conscii fueritis neque cum factum audisetis illud probaveritis

Quamquidem excusationem de ignorantia facti Vestram licet ita ut scribitis suscipimus, ob contumeliae tamen magnitudinem qua ab improbo et nequam homine sumus graviter offensi adduci non possumus ut aliquid aliud, quam quod ab nuncio Vobis scripsimus, instituere ad vindicandam eam in Nuncio Nostro a scelesto homine, perpetratam debeamus, namque omnibus modis qui excogitari poterunt injuriam quae Nobis cum insigni lesione Majestatis Ungariae praeter omne jus et fas contigit et privatum in authore et ejus conjunctis et in universum in omnibus ulcisci volumus ut cognoscat quisque nos dignitatem et honorem nostrum non solum velle sed posse etiam contra improbos

tuevi Datum Cracoviae, ultima Mensis Maii

Anno Domini 1532. Regni Nostri 26.